

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection \*Mythologiae libri decem\*, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection \*Mythologia\*, Venise, 1567 - Livre VI](#)[Item \*Mythologia\*, Venise, 1567 - V, 11 : De Oreadibus](#)

## Mythologia, Venise, 1567 - V, 11 : De Oreadibus

**Auteur(s) : Conti, Natale**

","author\_name\_items":"Auteur(s)","author\_size\_items":"16px","title\_size\_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider(); /\* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.\_jsonld); }); \*/ }, false);

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V**

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 11 : De Oreadibus](#) est une version augmentée de ce document

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V**

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 12 : Des Oreades](#) est une transformation de ce document

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V**

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 11 : Des Oreades](#) est une transformation de ce document

## Informations sur la notice

Auteurs de la notice Équipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Mythologiae

Neque plura his in mente veniunt, quæ de Sylvano fuerint ab antiquis tradita. Hic quicem Deus, ut superiores, ex cogitatus sunt, ut ex illimarent homines nullum locum esse, qui catere Deo posset, nihilq; agi aut in agris, aut in sylvis posse, quod a Deo aliquo non videtur: ac neque armenta, neque arbores, neque agrorum fructus sine diuina bonitate posse augeri aut seruari. Quamuis non defuerunt, qui Syvanum crassiorum materialium elementorum concretorum putauerint, eumque & agrorum, & sylvarum, & palearum Deum crediderint: quippe cum inde vniuersa animalium plantarumq; salus penderat. Neque nomen ipsum ab hac interpretatione valde dissentit. At

**10** nunc de Oreadibus dicatur.

De Oreadibus.

Cap. XI.

**O**reades Nymphæ, quæ ita vocabantur, quia natae essent in montibus, vel quia in montibus assidue versarætut, natæ fuisse è filiis horonti & Hecatæ testatur Strabo lib. 10. Homer. vero in lib. 5. Iliad. illas non Hecatæ, sed Louis filias, & Orestiades easdem appellant, ut patet ex his;

εἰ τοι τέντις οὐκείσαι, ταπείτη μεταλλαγής πάντας.

Νόμος γε τούτων εἶναι τούτης τούτης.

**20** Plantarunt vmos, ubi fusa est terra sepulchro

Circa id, Orestiades Nymphæ Louis inclita protres.

Has quinque fuisse inquit Strabo lib. x. quas tamen fuisse multas, & Dianæ venatricis comites ait Virg. in 1. Aeneid.

Qualis in Eurotz tipis, aut per iuga Cynthi

Exercet Diana choros; quam mille secutæ

Hinc acque hinc glomerantur Oreades.

He Nymphæ putabantur esse Dex montium presides, & arborum curam habere, & aliquando ferarum, quas cum Diana inseparabantur; nullæq; illis domesticorum animalium vel palearum cura fuit. Ita vero antiqui religione tenebantur, ut nullum, neque publicum, neque priuatum locum aliquo nomine catere arbitrarentur: quippe cum elementa singula, & herbx, & radices & arbores, & arborum, aut terræ fructus suos Deos habere crediderint. Hinc Deas, quæ montibus vniuersis praesident, Oreades sive Orestiades nominarunt: quæ nemoribus & sylvis, Dryadas; quæ singulis arboribus Hamadryadas. Creditur verò sunt Dryades fuisse Nymphæ, quæ cum arboribus & nascerentur & interirent, ut tellatur Callimachus in hymno in Delum;

Ιπατησι τοιαντα ποτασι

Εἴ τις δύνεται τοι τοποί έποιον εργαζει

Νόμος γε τούτων εἶναι τούτης τούτης.

Νόμος γε τούτων εἶναι τούτης τούτης.

μεχετικούς μεταλλαγής.

**40**

Num vere genitæ Nymphæ cum sunt, ubi querqus?

Ltantur Nymphæ cum querqus irrigat imber.

Tristantur Nymphæ llicibus cedidere ubi frondes.

Quæ fuerint harum nomina, non constat; nisi quod vnam Tiborean nominauit Pausa in Phoc. qui etiam in Arcadicis aliam vocavit Erato, & aliam Phigaliam. Has tamen fuisse septem, quas etiam nominauit, tradidit Claudianus in laudibus Stiliconi. Scriptum reliquit Charon Lampiacenus Rha-

cm

cum quendam genere Gnidium in Nino regione Assyriorum pulchram quādam quercum iam propè lapsuram aliquando vidisse, quam cum aggeribus firmasset, fecit ut diutius posset viuere. Huic Nympha, quæ cum planta erat peritura, cum gratias egisset, ac referre vellet, dixit. ut qdqd vellet à se perte-set, quoniam fuerat eandem ætatem cum illa planta vixitura: hic illi respōdit se ejus congressum petere, quod illa annuit, atque se apem temporis nūtiam missuram inquit. Scriptum reliquit etiam Apollonius lib. secundo Argonaut. Parzbii patrem, cum insignem quercum esset excisurus, Nymphā vidisse, quæ ipsum supplex rogauit, ut sibi parceret; cum vixit suæ tempus in arboreo ætate contineretur: cui cum ille non parueret, dicitur iratum numē 10  
in illum, & in eius filios fixuisse, ut patet in his;

ΔΑΙ ΤΙ ΜΕΓΑΣ ΕΙΣ ΑΧΕΙ ΤΙΒΑΙΟΥ ΔΕΛΦΙΝΩΝ,  
ΔΕΛΦΙΝΩΝ. Ε ΤΟΥ ΛΟΥ ΛΟΥ ΛΟΥ ΔΕΛΦΙΝΩΝ  
ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ.  
Ε ΠΟΙ ΕΙΔΟΥΣΙ ΤΗΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ,  
ΜΗ ΕΙΔΟΥΣΙ ΤΗΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ, Ε ΤΟΥ ΛΟΥ ΛΟΥ  
ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ. Ε ΤΟΥ ΛΟΥ ΛΟΥ  
ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ.  
ΤΟΥ ΛΟΥ ΛΟΥ ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ  
ΔΕΛΦΙΝΩΝ ΔΕΛΦΙΝΩΝ.

20

Stultitiae; sui penas dedit ille parentis,  
Cedret ut solus quercus in montibus olim  
Ferrur Hamadryadis Nymphæ spreuisse querelas.  
Sepius illa quidem supplex hunc voce rogauit,  
Ne trunco quercus concideret, ipsa coxa  
Quod foret; amborumq; vireret in arbore vita.  
Vitibus hic fatus, freus iuuenilibus annis  
Prosternit quercum: funestam quam sibi Nympha,  
Pignoribusq; suis fecit.

Dictæ sunt autem Dryades, quod in quercubus illarum sit vita, ut sensit 30  
Mnesimachus; at Hamadryades quod vna cum illis sint genitæ: vel ut voluit Apoll. enarrator & Isacius, quis cū ipsis quercubus perirent. Memoriz prodidit Charon Lampsacenus Arcadem Iouis filium & Callistus, vel, ut aliis magis placuit, Apollinis, obuiā habuisse in sylvis, cum venaretur vna ex Hamadryadibus Nymphis, quæ cum proprius esset periculo ne quercus à flamine conuelleretur, cum qua nata fuerat, ac periret; rogauit ipsum Arcadem ut quercum seruaret, quare ille fluuium alio diuertit, & quercum terra communiuuit. At Nympha, cui nomen erat Prospex, cum illo congressa ob acceptum beneficium, dicitur Elatum & Aphidætem peperisse. Hæc vera'ne an falsa fuerint, quis pro certo affirmare possit? nam h̄i vana & mendacia extiterunt, ut ego suisse arbitror, nulla alia de causa ficta sunt, nisi proprie antiquorum superstitionem, qui nihil ad homines excitando ad metum Deorum non excogitarunt, cum finguulis rebus Deos adesse demonstrarent. Sin credita fuerunt: ut vera ab iis, qui illa in medium acculerunt, esset sanè pluribus verbis de illorum sententia disputandum, an quiuis essent demones, vel potius plantarum illarum Genii, qui mortalibus apparuerint. Verum hæc in presenti prætermittamus, ut altioris vestigationis indigentia. Nunc dicamus de Nymphis.

De